UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Nobili viro benè valenti mortem imminere prænunciat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Visual Library

ſtim corporis ſalutem recuperauit.

Verùm cum aduerteret poſt aliquantò in vulgus iam editum eſſe, Sanctiſſimam Dei matrem ſibi oſtẽdiſſe ſeſe, vt erat homo tam ſuæ laudis inimicus, quàm qui maximè, in eo omnes neruos contendit ſanctiſſimos viros imitatus, vt hanc rem ſi non ſupprimere poterat, at ſaltem obſcuraret: ſed fruſtra omnia, quandoquidem non defuêre grauiſſimi teſtes, qui verum id viſum fuiſſe ab ipſomet didicerint: quinimo cui Philippi humilitas, reſque geſtæ Sãctorum cognitæ ſunt, is hominis artificium deſinet admirari.

giam, &c. S. Audoenũ in Eligio lib. 1 c. 24. 26. 31. Petrum Damianũ in Odilone ibi.

Cuidam Turonenſis Eccleſiæ clerico, &c. Suriũ in Annone Epiſc. li. 2. c. 4. & alibi ſæpe: demum Nicolaum Monachũ in Godefrido Epiſcopo lib. 2. c. 13.

Nobili viro benè valenti mortem imminere prænunciat.

HOc etiam anno, Auguſto ineunte cum de Alexandro Creſcentio, Philippo præſente ſermo fieret; Alexander, dixit, quamquam optimè valet, breui tamen è vita migrabit: prænunciationem viri

Eiusrei duo teſtes iuratos habemus.

mors intra paucos secuta dies (decessit enim xvij kal. Septemb.) comprobauit.

Marcus Antonius Gortesellus vita functus Philippo apparet.

Hanc rem plures iureiurando enunciarunt.

MArcus Antonius Cortesellus ex antiquiorib° Philippi discipulis vnus, vbi primùm spiritũ efflauit Beato Patri illico per quietẽ occurrit, apud quem cũ duas integras fuisset horas, ipso tandem rem omnem conspiciẽte Beatorum lumine fulgens cœlum conscendit: obijt is hoc anno, mense Octobri.

Id & cæteri sileantur, iuratus exposuit Federicus Card. Borromæus.

Neq; hic finis istiusmodi mirabilium visionum Philippi; Federico enim Cardinali Borromæo sibi egregiè charo: alijsque honestis, & grauibus viris paucis, de quorũ virtutibus periculũ fecerat, præclara sibi oblata occasione; multorũ animas, dixit cum alumnorum, tum externorum sæpissimè ab se fuisse cõspectas luce clarissima radiantes cœli beatissima regna conscendere.

Barsum